et rarior, ideoq; clarior, sonorificentioriq; videtur, et
hoc facile omnibus persuasero, nam id plerumq; difficul-
tate absentiam caret, quod ex frequenti eventu probabi-
litate non caret. Itaq; membrorum gratiam, perfectam
magnitudinem, symmetriam, debitumq; situm nostra Virgine
obtulisse quid credat exiguo sore remirem, fuit enim
fuit compages coelesti artifice digna, dignior fare, quam
Ipsa ipsa suo Artifice, nihil aderat, quod abesse debe-
bat, nihil aderat, quod abesse conveniebat. nihil sic di-
tortum, nihil superfluum, nil ingratum, nil quod curiosa
oculorum, curabamq;, et lyncam offendat perspicacia
omnia perfecta, absoluta omnia, et mira quadam com-
binatione, dimensioneq; distincta, omnia denique maiest-
ate, gravitateq; plenissima, vt merito huic operi in-
scribi posset DEVS fecit, non faciebat, quod antiquia-
fere solebant ad efficiendam operum suorum, licet perfect-
issima viderentur, imperfectionem. nam si Divi Ambros
verbis credimus, tam nobilem, perfectamq; muliebrem
fabricam orbis ne vagnam ante viderat, nec ipse Aristote-
les, aut noluntus quisquam Aristarchus plura ad pul-
chritudinem requirere posse videatur. Forma vero qua
dignitas? qua colorum inter se attemperatorum concin-
nitas? Sic Auditores magnum Areopagitam consulere
placet, imo non placet, quid enim? Vereor ne vos superbi-
tiosos redat; tantam ait huiusce vultus gratiam, tanta

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 18r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/18r)